

## PROOEMIUM

De definitione & divisione  
Physicæ.

**P**hysica est sciē-  
tia corporis natu-  
ralis, ut natu-  
ralis.

*Definitum aliā*

*philosophia secunda & naturalis, scien-  
tia naturalis, Physiologia &c. dictum est  
φυσικὴ φυσικῆς, à natura.*

Genus est Scientia proprie dicta, vel  
certa rerum per causas cognitio. Subje-  
ctum scientificum est corpus naturale;  
quod commune subjectum sic proprium,  
cum additur; quatenus naturale vel  
quatenus ex materia & forma constat.  
Finis est subjecti hujus cognitio, ejus-  
demq; principiorum & affectionum.

Dividitur Physica in partem  
communem & propriam.

A 2

Com